1327 6 3 non April.

Ex Hist. Franciscanorum Vaddingi



160

Ne cogant Clarissas regni Poloniae solvere decimas

Andreae de Verulis Vratisbonen: et Petro de Avernia Noviomen: Ecclesiarum Can: Apostolicae Sedis Nuntijs

Joannes XXII. &c.

Ex gravi conquestione Dilectarum in Christo Filiarum Abbatissarum et Sororum Ordinis S.ae Clarae in Regno Poloniae degentium nuper accepimus, quod licet ipse ad Monasteria et loca earum ab omnibus actionibus Romanae Ecclesiae per Privilegia Sedis Apostolicae sint exempta, nos tamen ad solvendum Decimam sexennalem olim per fel: rec: Clementem Papam V. Praedecessorem Nostrum impositam in Concilio Vienen: pro subsidio Terrae S.tae et alias contra Rebelles, et inimicos fidei Catholicae dispensandam, auctoritate Literarum Nostrarum Vobis super collectione Decimae supradictae, in eodem Regno directarum, praedictas Abbatissas, et Sorores pro Monasterijs et locis suis compellere, ipsasq. molestare occasione hujusmodi multipliciter nitimini sicut pro parte ipsarum asseritur minus juste. Nostra igitur et ejusdem provisionis Remedio super his humiliter postulato, Discretioni Vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus Vos vel alter Vestrum si easdem Abbatissas et Sorores

ad

ad præstationem hujusmodi Decimæ pro Monasterijs et Locis suis per eadem Privilegia repletitis, non teneri, a compulsatione, ac molestatione prædicta penitus desistatis. Datum Avini. 3. Non: Aprilis Anno ~~secundo~~ 11. Undecimo